

operanti ad Evangelii propagationem, et ad fideles sublevando allahoranti.

VERS. 17. — GAUDEO AUTEM IN PRESENTIA STEPHANE, ET FORTUNATI, ET ACHAIACI. Hi tres Corinthio venerant Ephesum Pauli visendi gratia; testatur autem Apostolus quod illorum presentia fuerit sibi gratissima, quia scilicet sua presentia omnium Corinthiorum presentiam, quam Paulus desiderabat, supplererunt.

VERS. 18. — REFECERUNT... Sua enim presentia et colloquio refocillarunt spiritum meum, qui et vester est, quia vobis sum totus, et charitate conjunctissimus, nihilque nisi vestrum bonum cogitans et volens.

COGNOSCITE... honorate, colite, etc. Iles commendat Apostolus, timens ne Corinthii infuso sint in eos animo, quia eorum vita sibi manifestassent.

VERS. 19. — SALUTANT VOS ECCLESIE ASIE, scilicet minoris, in qua erat Ephesus, unde hanc Epistolam misit.

CUM DOMESTICA SUA ECCLESIA. Id est, cum reliquis fideliibus, qui in eadem familia vivunt.

VERS. 20. — IN OSCULO SANCTO, id est, quod sanctos decet, estipe sancti amoris symbolum.

VERS. 21. — SALUTATIO, MEA MANA, subauditur scripta. Hucusque dictavat Apostolus, scriptaque amanensis; hic vero calamus sumpsit Paulus, et propræ manu scripti que sequuntur.

VERS. 22. — Si quis non amat... Dominum sui amorem pressus, stylum abruptum ex quodam animi commotione, et ante salutationem interjecti anathema in eos qui non amant Dominum nostrum Iesum Christum;

SIT ANATHEMA. Cum execratione separetur et abjectur exitio destitutus.

MARAN ATHA. Vox Hebreo-Syriaca, significans De-

et Fortunati, et Achaiacis: quia scilicet hi viri mihi Paulo presentes sunt, quoniam id quod nobis debeat circa meum ministerium, ipsi supplererunt; ut pro vobis mihi ministrarent, sive opibus et facultatibus, remque christiana juarent et promoventer.

VERS. 18. — Refecerunt enim et meum spiritum, et vestrum, quoque: quia mea refectio, vestra quoque refectio et recreatio est.

Cognoscite ergo qui hiujusmodi sunt, id est, reverenti, colite eos, honoretis hostes.

VERS. 19. — Salutant vos ecclesie Asie. Minorum Asian intelligit, in qua erat Ephesus, ubi scribitur hæc Epistola.

Salutant vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum domestica sua ecclesia; Graeci; cum eis que in domo coram est ecclesiis. Apud quos et hospiti.

VERS. 20. — Salutant vos omnes fratres, id est, fideles, qui circa nos sunt. Salutate invicem in osculo sancto, hoc est, cum osculo quod sancti decet, quodque symbolum est sancti et christiana amoris.

VERS. 21. — Salutatio mea, mama Pauli, subaudi, scripta hec est que sequitur. Haec vox cum iis quae sequuntur usque ad finem, affirmat Paulus sui manu se scriptisse loco salutationis quæ claudi solet epistola. Nam reliquam Epistolam totum ipso dictante scriptam ab alio gopiam fuisse existimandum est. Prisquam ipsa verba salutis adscribat, per hyperbaton interponit execrationem quendam in eos, qui salute sunt indigunt, dicens:

VERS. 22. — Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Maran Atha. Anathema est res quo cum execratione separatur, abjectur, et destinatur ad extreum exitium; quod in hominibus

minus noster venit. Supple, judex et vindicta, ut talem puniat, quasi imprecatio, quæ peccatores ad Dei iudicium renittit. Sicut illi qui eum amant, redemptio venturus est Christus; ita iis, qui eum non amant, anathema sit, id est, ut illos abominetur et perdat; Ambrosius. Per unum hoc verbum omnes terruit; eos qui membra sua facientes membra meretricies; eos, qui fratres offendulant per immolata idolis; eos qui nominabantur ex hominibus; eos qui non credebant resurrectioni; D. Chrysostomus. Non solim autem terruit, sed etiam ostendit viam virtutis; et fontem virtutis: quomodo enim quia vehementer fuerit charitas extinguuit et expellit omnes peccatorum species; ita etiam quando fuerit imbecillus, facit ea germinare. Idem Chrysostomus. Charitas Christi, omnis virtus, fons omnis virtutis, existentia omnis peccati. Non diligere Christum, mors omnis virtutis, fons, origo, via omnis peccati. Attende tibi, et hoc terribili tonitru expergetatus: Quisquis non amat Iesum, sit anathema, etc., vide num eum vere et sincerè diligas; num eius mandata ex amore servas; num illius Evangelii veritates diligas; num eius membra, pauperes, in quibus habitat, et quos tibi, ut semelipsum, commendat, honores diligas, adjuves; num Ecclesiam, ipsius corpus, reveras; num eructum, Christi sponsam, honores, ames, cum reverentia suscipias. Quam paucum Christum Dominum vere diligunt! Quot ergo pertinet, debet hoc anathema: Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, etc. Diligat te, Domine, fortitudine mea, firmamentum meum, et refugium meum; diligat te verè, sincere, efficaciter; tute voluntati in omnibus cum affectu subditus; tuas veritates, tuos mores diligens et amplectens; temerari.

est exterum damnatio. Non sunt ergo verba excommunicantes, sed excommunicans et denuntiantis exteriorum damnationem iis qui Christum non amant, et infidelibus. Quales foris erant inter Corinthios, qui seculari rapiens philosophorum imbuti, Christum ejusdem doctrinam veluti obiectam et humiliam aspernari jam cooperant. Sanus B. Thomas sensum hunc indicat dum sic exponit: Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, id est, fidem Christi: et isti, inquit, sunt heretici. Lyra, referat ad Judos, negantes Dominum, id est, Messianum, venisse: et Iesum, quem apostoli Messiam ac Dominum predlicant, odio prosequentes, atque anathema dicentes, ut supra, c. 12: quibus vicissim meritorum dictant anathema. Generaliter hoc anathema percilli ac terteri volunt omnes illos, quos Apostolus ob gravis peccata hinc Epistolam castigavit: ut scismatis autores, fornicators, idololatria cum fratribus offendicendo comedentes, sacra mysteria indignè participantes, execrationem mortuorum non credentes: quibus unique enatius imminent certus interioris, nisi penitentiam agant.

Maran Atha idem est quod: Dominus noster venit. Dices: Quid facit Maran Atha, id est, Dominus noster renit, ad rem et scopum Apostoli? Subiectum itaque Paulus post anathema Maran Atha, quia Hebrewi quenamque condemnantes solebant id facere sub communione et contestatione presentis divini iudicii, ut patet Dan. 13; Ps. 9, q. d.: Maran Atha, id est, Dominus noster venit, scilicet, vindicta ad iudicium: aut potius, Maran Atha, id est, veniat Dominus iudex, ut eum qui Christum non amat, anathema feriat, damnet, et puniat. Est enim Maran Atha silent et anathema vox execrantis et condemnantis.

ipsum in tuis ministris reverens, in pauperibus amans, in cruce adorans, te unum diligens, et omnia propter te.

VERS. 23. — GRATIA DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI VOBIS. Hoc est salutatio quam propria manu, v. 21, dicit se scrupulose, estque quasi sigillum, quo suas Epistolas claudit Apostolus. Salutatio sane tanto Apostolo digna.

VERS. 23. — Gratia Domini nostri, etc. Est autem haec salutatio quam dixit manu sua se subscribere, quia nimirum omne bonum salutare precator a Deo per Christum iis ad quos scribit: quia, ut sit Thom., in

Corollarium pietatis, seu in hoe capite ad pietatem maximè notandam, et ad praxim redigenda.

1^a Ex verso secundo nota quod dies dominica sit dies orationis et elemosynæ; et id est elemosynæ dies, quia dies orationis. Vide ibi dicta in commentario. Hincolligat quod hinc dies transigi debet in orationibus et in operibus misericordia faciendi, quibus Deus glorificetur, et anima nostra sanctificetur. Attende ergo tibi, et vide quomodo hunc diem transigas, in oratione; in verbis divini meditatione; in operibus misericordia, seu corporalibus, seu spiritualibus. Cave ab hodierno abuso, seu a perverso modo dies festos celebrandi: post missam particulariter utcumque additam, hi dies integri peraguntur in ludis, in deambulacionibus, in potationibus, in chorais, in lascivis. Heu subalta mendacia, in quibus maxime offenditur Deus, qui maxime debet honorari; in quibus maxime conspiceatur christianus, qui de-

bet maximè sacrificari! Cave et ab hodiernâ in pauperes duritâ, et dominicis et aliis diebus assuetâ; proxim autem disce à D. Chrysostomo omnibus fidelibus oratris datam. Vide in commentario v. 2.

2^a Audiens terribili tonitru ab ore divi Pauli prolatum: Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, v. 22, attende tibi, et vide num vere diligas ipsum; habitu, mandata Dei servans ex amore; actu, frequentes charitatis actus exercens. Sin autem sis in actu, vel in habitu peccati mortalis; mandatorum Dei actualiter et habitualiter transgressor, frenme, jam enim tua judicialis sententia proleta est: Maran Atha; Dominus noster venit, iudex et vindicta tibi datur: Discede à me, maledicte, etc. Ad tam terrible tonitru, qui non expurgisit, non dormit, sed mortuus est.

IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS

Praefationes.

Plerosque Corinthiorum prima divi Pauli Epistola meliores effecerat; hinc secunda haec, priore seniori, benignior, et ferè ubique consolatoria. Et sanè erat, ut dicit, ait divus Chrysostomus, ut quemadmodum Cor-

inthii, cum peccarent, succensebant; sic etiam eos ad meliorem mentem reversos, comprobaret, ac laudes alferceret. Quia vero pseudopostoli, prioris Epistole monitis ac correctionibus irritati, pejoresque

in fratres pauperes Hierosolymæ degentes, nequum Apostoli prescripto satisfactum erat. Quibus intellectis, cum statim ad eos accurrere non posset, hanc secundam scriptis Epistolam: in qua primam commemorationis afflictionibus in quibus inciderat, exortis, causisque reddit cur juxta promissum non venit. Deinde forniculari jubet in gratiam recipi, condonatione punitio reliqua. Tertio, munus suum apostolicum ex comparatione legis evangelicæ cum legi Mosaicæ, commendat et extollit: obiter taxans pseudopostolorum hypocrisim, suamque in Evangelio predicandam sinceritatem asserens. Quartò, subiecti exhortationem; quā monet ut vitam ducant christiana professione dignam, atque infidelium mores et societatem vitent. Quintò, consolatur eos, ac docet quan-

facti, adversus veritatem Apostolum, absentem, audacis oblatabant, eumque ut vanum et arrogantem, nulliusque pretii hominem, in odium et invidiam vocabant, ait idem divus Chrysostomus; hinc in hac Epistola Paulus se, suam doctrinam contra falsos criminatores impensis defendit: suos labores, persecutioes, revelationes, ac divinas prerogativas expressis enumerat; non honoris cupiditati serviens, sed eos qui Corinthios decipiebant, mendaci coar-

tam coperint utilitatem ex tristitia quam eis peperat obijugatio prioris Epistola. Sexto, provocat eos exemplo Macedonum ad largam pecuniam collationem in pauperes Hierosolymitanos: additis et aliis argumentis quibus id persuadeat. Septimo, rursus suum commendans ac stabilius ministerium, apertius jam invicitur in pseudopostolos, ac suis eos coloribus depluit. Et quoniam illi magnis titulis sese videntibant apud simpliciores: ipse contra de se recenset et, propter quod multo justius adversus illos possit gloriar. Postremo, Corinthios monet, ut vita quibus adhuc erant inquietanti, corrigit; talesque sese present, quales ab ipso cum potestate venturo velini inveniri. Ceterum, Epistole status in quo praecipiuntur, et apostolatus ac personae sue defensione contra pseudopostolos.

Quo loco fuerit scripta, non constat. Summarium epistola Latinis codicibus prefaxum loquitur à Troade missam, cuius fit meutio cap. 2. Gracorum hypogramme Philippios Macedoniam nominat. Utrinque loci meministi Lucas, Act. 20, ubi ea Pauli profectio describitur, in qua validè probabile est eum hanc Epist. scripsisse. Verum è Troade missam dici non potest.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheum frater, ecclesie Dei, que est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in universa Achia.

2. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Iesu Christo.

3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis,

4. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ; ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressurâ sunt, per exhortationem quâ exhortantur et ipsi à Deo.

5. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra.

6. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, que operatur tolerantiam earundem passionum, quas et nos patimur:

7. Ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quid sicut socii passionem estis, sic eritis et consolacionis;

8. Non enim volumus ignorare, vos, fratres, de tribulatione nostrâ, que facta est in Asia, quoniam supra modum gravata sumus supra virtutem, ita ut tederet nos etiam vivere.

9. Sed ipsi in nobis metispsis responsum mortis habimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos;

guens, ait Theodoreus.

Hujus itaque Epistole summa, ut mihi videatur, consolatoria est et apologetica: Corinthiorum consolatoria; Pauli defensoria. Singula autem accurate exhibebit uniuscūque capituli analysis.

Scripta putatur è Macedonia, anno Christi 57; Philippis, autem Graeca exemplaria, et Syriaca versio. Baronius tamē putat Nicopoli scriptam, post redditum è Macedonia, anno 58.

Jam enim iudea Paulus discesserat in Macedonia, ut ipse testatur, cap. 2, v. 12 et 15. Quare verisimilis est vel in Macedonia scriptam esse: vel, ut existimat card. Baron, in urbe Nicopoli post redditum Pauli è Macedonia. Nam illi hymenatum se scribit ad Timum. Esi autem Nicopolis in Epiro sita, Grecia vicina. Per quem aut per quos missa sit Epistola satis apterè ex eodem 8 cap. colligitur: nempe per Titum missam esse, perque duos alios quos una cum Tio mittere se dicit, tacitus enim nominibus. Nec diuersim traditum annotationis Latinorum et Gracorum. Nec rationem video cur de Tito quidam neotierorum dissentiant. Qui mili videntur parum attentis considerasse ea quod Paulus scribit loco memorato de legatis à se missis Corinthi, causa collecta quam indixerat maturandæ. Nam de priore Titi ad Corinthios adventu ut id intelligatur, series sermonis ac res ipsa de qua agit, omnino non patitur. Scriptam verò etiam hanc Epist. ante eam que est ad Rom, ex eo liquet, quid in hâc ueget adhuc negotium faciente collecte: quam faciam et paratam, ut à se perferatur Hierosolymam, ad Romanos scribens significat.

CHAPITRE PREMIER.

4. Paul, apôtre de Jésus-Christ, par la volonté de Dieu, et Timothée son frère, à l'église de Dieu qui est à Corinthe, et à tous les saints qui sont dans toute l'Achaa.

2. Que Dieu notre Père et Notre-Seigneur Jésus-Christ vous donne la grâce et la paix.

5. Béni soit le Dieu et le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, le Père des miséricordes, et le Dieu de toute consolation,

4. Qui nous console dans tous nos maux, afin que nous puissions aussi consoler les autres dans tous leurs maux, par la même consolation dont nous sommes nous-mêmes consolés de Dieu.

5. Car à mesure que les souffrances de Jésus-Christ s'augmentent en nous, nos consolations aussi s'augmentent par Jésus-Christ.

6. Or, soit que nous soyons affligés, c'est pour votre instruction et pour votre salut. Soit que nous soyons consolés, c'est aussi pour votre consolation; soit que nous soyons encouragés, c'est encore pour votre instruction et pour votre salut, qui s'accomplit dans la souffrance des mêmes maux que nous souffrons.

7. C'est ce qui nous donne une ferme confiance pour vous, sachant qu'ainsi que vous avez part aux souffrances, vous aurez aussi part à la consolation;

8. Car je ne veux pas vous laisser ignorer, mes frères, l'affliction qui nous est survenue en Asie, qui a été telle, que les maux dont nous nous sommes trouvés accablés, ont été excessifs, et au-dessus de nos forces, jusqu'à nous rendre même la vie enjoueuse.

9. Mais nous avons entendu prononcer en nous-mêmes l'arrêt de notre mort, afin que nous ne mettions point notre confiance en nous, mais en Dieu, qui resuscite les morts;

10. Qui de tantis periculis nos eripuit et eruit; in quem speramus quoniam et adhuc eripiet,

11. Adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis, ejus que in nobis est donationis, per multas gratias agantur pro vobis.

12. Nam gloria nostra hæc est: testimonium conscientis nostra, quid in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conversati sumus in hoc mundo; abundantis autem ad vos.

13. Non enim alia scribimus vobis, quâm que legists et cognovistis; spero autem quid usque in finem cognoscetis,

14. Sicut et cognovistis nos ex parte, quid gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi.

15. Et hâc confiditum volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis;

16. Et per vos transire in Macedonia, et iterum à Macedonia venire ad vos, et a vobis deduci in Judeam.

17. Cum ergo hoc voluissim, numquid levitate usus sum? aut que cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me est et non?

18. Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est illo est et non.

19. Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis per nos predicatus est, per me et Sylvianum, et Timotheum, non fuit est et non, sed ex illo fuit.

20. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo est; id est et per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram.

21. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos, Deus;

22. Qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.

23. Ego autem testem Deum invoke in animam meam, quid parens vobis, non veni ultra Corinthum. Non quia dominianur fidei vestre, sed adjutorum sumus gaudi vestri, nam fide statis.

ANALYSIS.

Primi salut, non Corinthios tandem, sed et omnes universi Achiae fidèles, quibus gratiam et pacem exoptat,

§ 3. *Deo, Patri Domini nostri Iesu Christi, Patri consequenter misericordiarum, et omnis perfecte consolationis auctori, gratias agit, et quid illum in omnibus suis afflictionibus ita consolatur: ut sicut in eo abundant pro Christo passiones, sic et abundant per Christum consolationes.*

Hacque gratiarum actione Paulus viam sibi parat ad excusandum sui opus Corinthios adventis dilatationem: sic enim indicat quid magnis persecutionibus et periculis impeditus fuerit ac detinet.

§ 6. *Affrat omnia sua et tribulationes, et consolationes, ad eorum utilitatem et salutem cedere, siue eorum benevolentium capit.*

§ 8. *Specialius ipsis describit ingentem quam in Asia passus est persecutionem; siue pergit et in eorum*

animis sibi conciliandas, et in parandâ more sue execratione. Tanta fuit hoc persecutio, ut supra vices naturales fuerit, ipse de vita desperaverit, morte certus; at Deus ilium à morte eripuit, eripit, et eripiet, per orationem eius.

11. *Cars pries que vous ferez pour nous y contribueront aussi; alio que la grace que nous avons reçue en consideration de plaisance, soit aussi reconue par les actions de grâces que plusieurs en rendront pour nous.*

12. *Car nous avons cette gloire, et notre conscience nous rend ce témoignage, que nous nous conduissons dans ce monde, et surtout à votre égard, dans la simplicité de cœur, et dans la sincérité de Dieu, non avec la sagesse de la chair, mais dans la grâce de Dieu.*

13. *Je ne vous écris que des choses dont vous reconnaîtrez la vérité en les lisant, et j'espère qu'à l'avoir vous connîtrez entièrement.*

14. *Ainsi que vous avez déjà reconnu en partie que nous sommes votre gloire, comme vous seriez la gloire au jour de Notre-Seigneur Jésus-Christ.*

15. *C'est dans cette confiance que j'avais résolu auparavant d'aller vous voir, afin que vous recueissiez une seconde grâce.*

16. *Je voulais passer par chez vous en allant en Macédoine, revenir ensuite de Macédoine chez vous, et de la faire conduire par vous en Judée.*

17. *Ayant donc pour lors ce dessin, est-ce par instance que je ne l'ai point exécuté? Ou, quand je prends une résolution, cette résolution n'est-elle qu'imbûtie, et trouvée-t-on ainsi en moi le oïe et le non?*

18. *Mais Dieu qui est véritable n'est témoin qu'il n'y a point eu de oïe et de non dans la parole que je vous ai annoncée.*

19. *Car Jésus-Christ, Fils de Dieu, qui vous a été préché par nous, par moi, par Sylvain et par Timothée, n'est pas tel que le oïe et le non se trouvent en lui; il est très-ferme.*

20. *Car c'est en lui que toutes les promesses de Dieu ont leur vérité; et c'est par lui aussi qu'elles s'accomplissent toutes à l'honneur de Dieu, et à notre gloire.*

21. *Or celui qui nous confirme et nous affirme avec nous dans la foi en Jésus-Christ, et qui nous a oïts, c'est Dieu même.*

22. *Et c'est lui aussi qui nous a marqué de son sceau, et qui pour gage nous a donné le Saint-Esprit dans nos cœurs.*

23. *Pour moi donc je prends Dieu à témoin, au péril de mon âme, que c'est pour vous épargner, que je n'ai point encore été à Corinthe. Ce n'est pas que nous dominions sur votre foi, mais nous tâchons de contribuer à votre joie, puisque vous demeurez fermes dans la foi.*

implicet; v. 15, 16. **¶ Pseudopotorum calumniam** inde illatam, sibi metip̄ obicit per questionem. Numquid, etc., v. 17. **¶ Suspendit, et tantisper dilata sue morte ratione, suas nichilominus predicationes veras et constantes esse probat; quia, ut Dei summe veritas apostolus, predicavit; quia Christum Filium Dei, eternam**

PARAPHRASIS.

1. Paulus, per Dei voluntatem apostolus Iesu Christi, et Timotheus, tum propter fidem, tum propter dignitatem, frater; Ecclesia Dei, que est Corinthi, et omnibus sanctis, qui Christo servient in universa Achaia, salutem dicunt.

2. Gratia et pax vobis detur, et multiplicetur a Deo Patre nostro, et a Domino nostro Iesu Christo.

3. Benedicatur ac laudetur Deus, qui et Pater est Domini nostri Iesu Christi, et ideo in nos pater summe misericors, et Deus omnis veræ atque perfectæ consolationis fons et auctor.

4. Qui non in omni tribulatione nostrâ consolatur, ad hunc ut et nos ipsi possimus eos consolari, qui in quacumque sunt angustia, per eam quam a Deo recipimus consolationem, illam in afflictorum corda refundentes.

5. Quia, sicut abundant tribulations, quas pro Christo patimur; ita et abundat consolatio, quia per Christi frumentum.

6. Sive autem affligimur, id vobis utile; id enim ad vestram exhortationem et salutem cedit, quatenus nostro exemplo vos Deus hortatur ad tribulations fortiter ferendas, quibus ad salutem pereverias; sive consolationibus afflicimus; id ad vestram etiam consolationem confert; quia, ut dixi v. 4, ideo nos consolatur Deus, ut consolacionem nostram vobis redundamus: sive initio excitamus a Deo, id pariter ad vestram salutem cedit; quia hinc apiores reddimur ad vos exhortandos ad salutem. Quia efficit in vobis tolerantiam carundem tribulationem, quas et nos apostoli patimur.

7. Propter quod spes, quam de vestra salute conspicimus, firmior redditur ac securior:

Quia scimus quid sicut afflictionem nostrarum particeps esitis; ita eritis eterni solatii.

8. Nolo vos, fratres, ignorare tribulationem, quae nobis in Asia contigit. Scitote ergo quoniam excessivæ afflictionum pondere pressi sumus, et graviore quam sustinerent vires humanæ; ita ut vita nobis esset tediosa.

9. Sed et tanta fuit periculis magnitudo, ut animus noster intime judicaret nos certò morituros: et hoc ita permisit Deus, ut tantis erexit periculis, discamus non in nobis fidere, sed in Deo solo; qui cum vult, non à mortis tantum periculo liberat, sed et mortuos suscitat ad vitam.

10. Reverè ipse est, qui nos de tantis mortis periculis eripit; ipse est qui et nunc erit; spero autem quod et adhuc eripet in futuro.

11. Si per vestras ad Deum preces adjutivis, idque peto ut donum Dei, scilicet salutem meam, mihi per mul-

teritatem, et Dei promissionum adimplitionem prædicavit; quia Deus suas predicationes confirmavit signis et prodigiis, eumque verum Dei apostolum authenticè declaravit Spiritus sancti charismatibus. Stabilità sic v. 18, 19, 20, 21, 22, prædicacionum suarum veritate; v. 25, reddit sue mortis rationem.

PARAPHRASIS.

tos procurata, et ob [multos collata, à multis] ellam gratiarum actione, mea vice reculatur.

12. Has preces vestras, hocque Dei per vestras preces auxilium spero; quia, quod mēa gloriatio est, conscientia mea mihi testimonium reddit, quod ubique, et maximè apud vos, animo simplici et sincero, quasi Deo spectante, me gessi; non in sapientia carnali, sed in sapientia qua mihi per gratiam Spiritus sancti data est.

13. Vos ipsi mihi testes estis: non enim alia hunc scribo vobis, quām vos ipsi legistis, et cognovistis in meā apud vos conversatione: spero autem quod eundem me semper creditibitis.

14. Sicut de facto pars, saltem aliqua, vestram jam cognovit me tamē esse; ut de me, doctore vestro, gloriari possitis, sicut et ego de vobis, discipulis meis, gloriabor in die iudicij.

15. Confusus de hoc vestro in me affectu, antehac sincere volui ad vos venire, ut genuinatum à me beneficium haberetis.

16. Statueram enim per vos transire, iterum in Macedonia, et iterum in Macedoniā ad vos redire, et apud vos permanere; à vobis postea in Judæam descendens.

17. Cum ergo id revera voluerim, et tamen de facto non prestiterim; numquid propterea levius sum, et inconstans; aut numquid quae facere cogito, ea animo carnali, et mea quarens delibero: hincque unum dictum, aliud facio?

18. Quidquid sit de me, de quo postea; fideli tamē, et summè verax est Deus: idē Evangelium eicus, quod apud vos praedicavimus, est verum, et constans, mutatione non obnoxium, aut falsitatis.

19. Etenim Jesus Christus, quem ego, Sylas et Timotheus inter vos praedicavimus; Del Filius est, et veritas ipsa; idē eius Evangelium contradictione non obnoxium, sed constans veritas est.

20. Ita verus est Jesus Christus, Dei Filius, ut sit omnium Dei promissionum veritas et complementum. Ideo per ipsum Deo credimus, quod nostra est gloria.

21. Deus autem est, qui nos inter vos confirmat suos apostolos et in Christo ministros; ipse est et qui nos unxit Spiritu suo;

22. Qui et nos signavit per suū charismata, et qui dedit in cordibus nostris Spiritum sanctum, arrabonem promissionum suarum.

23. Jam ut dilationes meae vobis reddam rationem,

testem invoco Deum, volens ut me puniat, si fallo:

ideo nondum veni Corinthum, vestri causa, ne severitate apostolice cogerer uti.

24. Non quod ob fidem vestram velimus in vos dominari; sed quia volumus gaudio vestro cooperari, quippe qui statis in fide, et in ea firmi estis.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — PAULUS APOSTOLUS JESU CHRISTI... Vide in hoc proximum dicta initio primæ ad Corinthios, ac speciatim, quod Dei voluntas debet esse apostolatus, et omnis ecclesiastica potestatis origo.

Et TIMOTHEUS FRATER. Recens Corinthio redierat, quod miserat illum Apostolus, ut in prima Epistola, cap. 16, v. 10. Hinc nōs erat et charus Corinthiis, quibus virtus sue experientia dederat, sit divus Chrysostomus et Theophylactus: et idē Paulus illum sibi junxit in salutatione.

ECCLESIA DEI, QUE EST CORINTHII, COM OMNIBUS SANCTIS, id est, christianis. Cur autem sancti vocentur christiani, vide initio primæ Epistole ad Corinthios; qui sunt in UNIVERSA ACHAIÆ. Corinthiis erat Achaiæ metropolis; Achaiæ autem pars Graecie. Quia omnibus illis communis erant morti, communis illis scripti Epistola, quā omnibus medeatur.

Vers. 2. — GRATIA VOBIS ET PAX... Supple detar et multipletur.

GRATIA, id est, principium omnium bonorum, et pars, eterna scilicet, omnium bonorum ultimum et finis, et consequenter cuncta bona inter utrumque continentur. Ecce bona christiana desideratur, *gratia et pax.*

A DVO PATE NOSTRO, id est, à totâ sanctissimâ Trinitate, quae est Pater noster. Ecce honorum omnium fontem, et causam efficientem, à qua omne bonum procedit.

ET DOMINO IESU CHRISTO. Ecce Mediatorem, per quem omnia; causamque meritiorum gratiae et pacis. Vide dicta in Epistola ad Rom., cap. 4, v. 7.

Vers. 3. — BENEDICTUS DEUS, ID EST, BENEDICUTUR ET LAUDETUR Deus, eique gratia aguntur: nostrum enim, benedicere, est bonum recognoscere, sit divus Thomas.

DEUS ET PATER DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Deus, inquam, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi et id est Pater in nos misericordissimus.

PATER MISERICORDIARUM, id est, summe misericors, à quo miserationes, tanquam à fonte profundit, magnitudine misericordia, ait Theodoretus.

DEUS TOTUS CONSOLATOR, id est, omnis vera, et perfecta consolationis auctor. Deus est verè Pater misericordia. Quare? quia de bonus honor, misericordiam in nos, quasi de suis visceribus effundit, et non semper preservat, aut liberat à malis; sed eos in suis afflictionibus semper consolatur; eorum corda

Jesu Christi. Benedictus sit Deus, id est, laudetur a nobis Deus propter opera sua bonitatis erga nos existimat.

Pater misericordiarum (misericordissimus) et *Deus totus consolationis*, omnis consolationis.

Vers. 4. — QUI CONSOLATUR NOS IN OMNI TRIBULATIONE NOSTRA. Nos intelligit seipsum et socios Evangelii nōstrorum, ac si dicaret, consolator nōstrorū. Etenim primum est electorum, in astu tribulationis non relinquit qui sine refrigerio consolationis divine.

Ut possimus et ipsi consolati eos, qui in omni pres-

sic intus roborando, ut et alios ipsi possint consolari.

Iec omnia exprimit Apostolus, dicens, qui confortat nos... Non dixit, qui non sinit nos affligi, hoc enim tuum Dei potentiam declarat, tum eorum qui calamitatibus prement patientiam auget, et consequenter gloriam, ait D. Chrysostomus. Sed dixit, qui confortat nos in omni..., non in hac aut illa tantum, sed in omni; idem D. Chrysostomus. Hec est ergo nova legis gratia, non à malis preservari, a liberi; quod in veteri Testamento siebat sc̄pē; sed in malis interna consolatione, fortes reddi atque constantes.

Hoc discernem nobis indicavit ipse Christus, in cruce pendens, et Patri suo per suu prophete dicens: In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos; ad te clamaverunt et salvi facti sunt. Ecce patriarcharum et antiquorum sanctorum à malis divisionis liberationem. Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis. Ecce Christi derelictionem in doloribus et opprobriis. Sed ecce dolorum et opprobriorum sanctificationem, et quasi deificationem, in persona Christi. Et eoc solidam christianum in doloribus et opprobriis consolationem. Christo Deo sum similis, sum conformis; communio Christi passionis. Hinc gaudium; hinc vis, robustus et consolatio interna. Dum patior, sum quod fuit Christus. Sum vir dolorum, sicut et Christus. Opprobrium sum hominum sicut et Christus. Communicantes ergo Christi passionibus, gaudent, Pet., v. 13. Ex quo Deus pro nobis passus est, honorificus est, ketum est pati pro Deo. Ex quo Deus pro nobis vir dolorum factus est, honorificus est, sanctum est, diuinum est dolere, sentire, pro Deo pati. Dolores et opprobria Christus in sua persona consecravit, deificavit; sed et eis vim dedit sanctificandi, deificandi patientes christianos. Cum itaque communicanus Christi passionibus, opprobriis et doloribus, gaudemus; non liberationem a passione, non descendendum à cruce petamus, sed gloriam christianam, quā roborati libenter patiamur.

Vers. 5. — QUONIAM SICUT ABUNDANT PASSIONES CHRISTI, id est, quas pro Christo patimur; ITA ET PER CHRISTUM ABUNDAT CONSOLATIO NOSTRA. Qui pro Christo affligitur, per Christum roboratur et divino auxilio consolationem recipit, afflictioni proportionatam: quā major passio, eo major est consolatio. Hoc novem, crucis amator B. Andreas, qui in cruce pendens Deum orabat, non sinecerum cum à cruce separari; quia, inquietus, virtutem sancte crucis agnoscit. Sed heu! hoc ignoramus plerique, qui pati timemus, et nihil

sunt, per exhortationem, quā exhortamur et ipsi à Deo. Ut dicit S. Thomas: Qui non est consolatus, nescit consolari.

Vers. 5. — QUONIAM SICUT ABUNDANT PASSIONES CHRISTI IN NIBUS. Passiones Christi vocat quas pro Christo patimur; Ambrosius; q. d.: Ne despoudane animum, quisquis patieris afflictione et mala, quia quantum exuberant mala, tantum exuberant consolationes.

Ita et per Christum abundat consolatio nostra. Pro magnitudine passionum, etiam consolationis materiam et effectum subministrat.

Vers. 6. — Sive autem tribulamus pro vestra ex-

hortentis, quam à cruce liberari petimus. O Deus bone! Deus misericors! Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, da mihi virtutem sancte crucis agnoscere, ut eam diligam, eam desiderem, in ea gaudeam. Veræ et ecclesiæ consolationis fons est, mater glorie, scala paradisi; initatio ad aeternam beatitudinem.

Vers. 6. — SIVE AUTEM TRIBULAMUR... In hoc textu notandum 1^o quād CONSOLAMUR ET EXHORTAMUR passim debent, ut omnia usurpantur; quād autem passiva sint, patet ex Greco. Notandum 2^o quād in Greco et Syriaco duo tantum sint membra, scilicet, sive tribulamus... sive consolamus... Deest autem, sive exhortamus: et cum fundamento; cūm unicuius sit verbum in Greco significans et consolamus et exhortamus. Vel ergo, per scribas, unum alteri additum est; vel noster interpres voluit utramque verbi *exxozio*, significacionem exprimere. Notandum 3^o quād paulò alter construunt hi duo versus sextus et septimus in Greco, et apud divum Chrysostomum, Theodoreum, Theophylactum. D. Chrysostomus sic legit: Sive autem tribulamus, pro vestra consolatione et salute, que operatur in tolerantia euardum passionem, quas et nos patimur; et spes nostra firma est pro vobis. Sive consolamus, pro vestra consolatione et salute, scientes quād sicut estis socii passionum, ita eritis consolationis. Sed melior est nostre Vulgatae constructione, quam servat etiam Syriae et Arabicæ versio; sensusque est, qui in paraphrasi exprimitur: Sive affligimur, id vobis utiliter, etc. Vide paraphrasim. Magistrorum exempla sunt discipulorum hortamenta. Sive consolationibus officiam, id etiam ad vestram consolationem confert, etc. Vide paraphrasim.

Sive exhortamus, id est, sive intus excitamus et confortamus à Deo, id pariter ad vestram salutem edidit; quis per hoc aptiores reddimur ad vos hortandos et excitandos ad salutem.

QUE OPERATOR. — Grec., effecta, id est, que vestra salus efficitur per tolerantiam, etc. D. Chrysostomus que efficitur in tolerantia, etc. Notat expressè quād D. Paulus non dixit, que efficit, sed que efficitur. Juxta nostram Vulgatam, que operatur tolerantiam..., que salus, à vobis sperata, vos animas ad ferendas tribulationes similes eis, quas nos apostoli patimur. Salus ergo efficit tolerantiam tribulationem, ut causa finalis, sicut, v. g., sanitas sperata efficit suppositionem amare medicinae.

Vers. 7. — UT, Grec., vñ, et. Syr., Arab., Æthiop., et.

hortatione et salute, q. d.: Tribulationes patimur, ut vos consolemur et salvenus, et ut patientia nostra, spe in Deum, ejusque consolatione vos animenus ad afflictiones nobiscum pro fide fortiter ferendis. Ita Ambrosius.

Sive consolamus pro vestra consolatione, sive exhortamus pro vestra exhortatione et salute. Quae operatur tolerantiam euardum passionem, quas et nos patimur. Quae (scilicet salus), quia finis exoptatus operatur tolerantiam.

Vers. 7. — UT SPES NOSTRA FIRMA SIT PRO VOBIS. Spem, inquit, firmam et certam animo cepi pro vobis, id

UT SPES NOSTRA FIRMA... propter quād, scilicet, quia sicut et nō patimini; ideō spes, quam de vestra salute conceperimus, firmior ac securior redditur.

SCIENTES, id est, sciimus enim quoniam sicut socii passionum estis, si eritis et beatitudinis. Nota, scientes sciimus. Scientia est certa et evidens, quād si passionis mortis, scala paradisi, et aeternæ consolationis erimus socii.

Observatio moralis.

Quanta hinc anime fideli affectus consolatio! Afflictio semen est beatitudinis, arria glorie, certitudo est consolationis futura. Salus aeterna per tribulationes tolerantiam efficitur. Tribulatio efficit salutem, rectaque dicit ad beatitudinem. Quid ergo anime tribulata faciendum? Dico salutem illius operanti subdatur: sese sub Dei potenti manu humilitate: se duci sinat, licet repugnante natura, quād Deus salvator illum post se ducit. Audita illum intus dicentem sibi, tolle crucem tuam, et veni, sequere me, si socius fuoris passionum, socius eris et glorie. Crux ad beatitudinem recta et secunda via. Firmiter ergo, sequitur et tranquilla beatitudinem speret anima christiana patiens christianum.

Vers. 8. — NOU ENIM VOLVIMUS... Specialius explicat mala, que recens passus est, et quād Corinthi nouidum erant nota; sicutque et semetipsum Corinthi explicat, et Corinthiorum animos sibi conciliat, hoc in eos charitatis indicio: signum enim amoris est sua aliis confidenter declarare. Nolo vos, fratres mei, ignorare tribulationem quād nobis contigit in Asia, et, ut putatur, Ephesi. Creditur enim quod locutus est de persecutione à Demetrio excitata, de quā Act. 19.

QUONIAM SUPRA MODUM. Grec., καθ' ουτούς διέσπειρε, secundum exsuperantem, per excessum. Excessivæ gravata sumus, pondere tribulationis, non secus ac navis, que pre gravi quadam onere demerguntur, ait D. Chrysostomus.

SUPRA VIRTUTEM, id est, humanam potentiam: seu nulla virtus humana tantum pondus ferre potest, in vita, nisi Dei gratia sufficiatur.

ITA UT TADERET NOS... tanto pondere pressos, vivere. Idem dixit Job, c. 10: Tadet animam mean vilis spem. Grec., ita ut perdubitate nos etiam vivere, id est, ita ut validè dubitamus de vitâ. Syr., adeo ut vita nostra proprie dissolvetur. Erasmus, ita desperaremus de salute nostra.

est, de consolatione et salute vestrâ: idque propter communicationem passionum.

Vers. 8. — NON ENIM VOLVIMUS IGNORARE VOS, FRATRES, DE TRIBULATIONE NOSTRA, QUE (TRIBULATIO) FACTA EST IN ASIA. Ephesi à Demetrio argentario Diana, qui seditionem populi contra Paulum excitavit, quād est oppressus fui Paulus, Act. 19; ita S. Thomas.

Quoniam supra modum gravata sumus supra virtutem, hoc est, supra vires naturæ et corporis, non gravitatem et animi; nam ope gracie, invito animo, tribulationem hauc Paulus perutuit et superavit. Ita ut taderet nos etiam vivere. Non obsequio potest intelligi tedium vita passus Apostolorum ob gravitatem afflictions. Et beatus Job inter adversa dixit: Tadet animam vita mea, cap. 10.

Vers. 9. — SED IPSI IN NOBISMETIPSIS RESPONSUM

Vers. 9. — SED IPSI IN NOBISMETIPSIS RESPONSUM. Grec., decretem, Syr., sententiam; D. Chrysostomus, sententiam, judicium, expectationem mortis..., id est, præ magnitudine periculi, animus noster, quasi respondendo, dictabat, seu iudicabat nos certè morituros. Sicutque in eodem statu eramus, ac illi, quibus mortis sententia pronuntiata est. Extremum expectavimus momentum.

UT NON SIMUS FIDENTES IN NOBIS, id est, ut tantis crepi periculis discamus non in nobis fidere; sed in Deo qui suscitat mortuos. Grec., sed in Deo excitante mortuos; sed in Deo solo, qui non à periculis tantum mortis liberat, sed et ab ipsa morte. Nos quasi suscavati à mortuis.

Vers. 10. — QUI DE TANTIS PERICULIS. Grec., qui de tanta morte. Vide paraphrasim.

Vers. 11. — ADIUVANTIBUS ET VOBIS IN ORATIONE... id est, si per vestras ad Deum precies adjuvetis, ut ex multorum personis... Id à vobis peto ut donum Dei, Grec., illa in nos donatio (scilicet incolumitas) mihi per multis procurata; vel propter multis collata à multis gratiarum actione, mēa vice, meoque nomine recolatur: duplex ergo potest esse sensus. Primus, ut sicut fuit per multis procuratum donum; ita et per multis de o gracie reddantur. Secundus, ut sicut propter multis mihi collatum est beneficium, ita per multis, meo nomine, recolatur, seu ut ait Chrysostomus, ut multe facies (seu personæ) gratias agant Deo, quandoquidem multe quoque gratiam accepérunt. Et uterque sensus Paulini cordis humiliatiem prodit. 1^o in hoc quod nec à se, nec propter se, putat obsecrare donum; 2^o in eo quod sicut nec ipse, nec propter se oblinuit; ita nec putat se dignum, qui gratiarum actionem reddit. Disce hinc, quisquis sis, quid alterum precibus indiges; cum ipse Paulus Corinthiorum precibus indigerit. Disce et hinc pro aliis humiliiter orare; et pro beneficiis eis à Deo collatis, gratias agere. Utrumque D. Chrysostomus fusé docet; sic enim, inquit, et mandatum complemus, et ad charitatem incitamus.

Vers. 12. — NAM GLORIA NOSTRA..., quasi diceret, hoc spero. Vide paraphrasim. Quia ubi conscientiam meas consului, illa milii testimonium reddit, quod est mea gloria, meumque gaudium. Quid in simplicitate cordis et sinceritate Dei. Nimirum, quād animo simplici, recto et sincero me mortis habuius, adeo ut non sperarem me supervenientem. Ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo. Et dicere cum prophetâ: Oculi mei semper ad Domini, Psal. 24.

Vers. 10. — QUI SUSCITAT MORTUOS: qui (Deus) de tantis periculis nos eripit et eruit, ex tali tantaque morte, id est, mortis periculis tam patetibus et evidenterbus. Ita Theophylactus.

In quem speramus, quoniam et adhuc eripit. In quo speramus firmatatem habemus, quod ei deinceps erupimus sit, scilicet è malis adhuc obvienturis.

Vers. 11. — ADIUVANTIBUS ET VOBIS IN ORATIONE PRO VOBIS, etc., id est, pro domo in nos collato gracie agant per multis pro nobis.

Vers. 12. — Nam gloria nostra hec est, testimonium conscientiae nostræ. Sensus: Id de quo glorior et in

gesi, quasi spectante Deo,

NON IN SAPIENTIA CARNALI. Ferit obrectatores suos, hypocritas, et eloquentia, seu seculari sapientia turridos.

SED IN GRATIA, id est, cum Dei gratia et per Dei gratiam et per Spiritus sancti charismata. In sapientia tua que mihi per Spiritum sanctum data est; in signis et prodigiis, que Dei gratia fuerunt, ait Theophylactus.

IN HOC MUNDO, id est, ubiquecumque, ABUNDANTIUS APUD VOS...; at maxime apud vos, o Corinthii. Nam et signa et miracula apud vos edidimus, et curam diligenter quam majorem adhibuimus; vitamine ab omni reprehensione alienam, ait D. Chrysostomus.

VERS. 13. — NON ENIM ALIA SCRIBIMUS VOBIS, QUAM QUALE LEGISTIS ET COGNOSTIS. Græc., quām quæ legistis aut et agnoscitis. Syr., quām quæ scitis et agnoscitis. Arab., legistis vel cognoscitis. Quis de se magnificè locutus est, sibique ipsi testimonium dixit, ipsos testes produxit; D. Chrysostomus. Non alia nunc vobis scribo, de mea simplici et sincerè ubiquecumque conversatione; quām que vos ipsi legistis et cognovistis in meis apud vos actionibus. Notum est vobis et perspicuum, quām simpliciter et sincerè apud vos fuerim conversati: et de hoc vos ipsi mihi testes esse potestis.

SPERO AUTEM, quod eundem me semper videbitis, scilicet, cum ad vos venero: dat spem eos videndi.

VERS. 14. — Sicut et cognovistis... sicut et de facto nunc cognovistis.

EX PARTE, id est, saltem aliqui, si non omnes. Pungit os, quia non omnes. Sicut ergo saltem pars aliqua vestrum jam cognovit, me tamen esse, ut de me doctore vestro, gloriari possitis; scilicet, quia tamen

quo confido coram Deo, testimonium est conscientiae meæ; q. d.: Propreterea spero pro liberatum iri a Deo è pressuris que mihi adhuc instant; quia bene mihi conscientia sum, ac de eo gloriari possum apud vos.

Quod in simplicitate cordis, et sinceritate Dei. Dicit sum conscientiam sibi testari, quod simpliciter, recte et sincero animo, qui Deo judice probetur, conversatus sit. Sinceritas autem ipsam intentionem reflectat.

Et non in sapientia carnali. Non humana philosophia aut eloquentia predicavi, sed gratia, zelo, efficacia, ac spiritu divino. Sapientiam carnalem intelligit eam quam in priore Epistola vocavit humanam, et hujus mundi, et seculi sapientiam, id est, humano studio atque ingenio comparatam, cuiusmodi fuit sapientia philosophorum.

Sed in gratia Dei conversari sumus in hoc mundo. Gratianus Dei dicere videtur gratiam ac potentem Dei operationem, tam in signis exterioribus miraculorum quæ per eum Deus faciebat, quam in oculo tractu plurimorum ad credendum Evangelio per ipsum praedicato.

Abundantius autem ad vos, vel apud vos.

Vers. 15. — Non enim alia scribimus vobis, quām quæ legitatis, et cognoscitis. Sensus: Non sunt vana que scribo de recta et sincera mæ apud vos conversatione: vos ipsi mihi testes estis.

Vers. 16. — Sicut et cognovisti nos ex parte. Addens ex parte, perstringit Corinthios, quod plus sati asculantes amulsi et obrectatoribus Pauli, minus adhuc bene et honorifice de suo apostolo sentirent.

habuisti apostolum, tam integrè, apud vos conservatum, tam sincerè de vestra salute sollicitum. Sic et ego vicissim, de vobis discipulis meis, gloriabor in die iudicii. Suos his discipulos in eodem secum ordine collocat, ait Theodoretus. Ubique eos rerum omnium socios adhibet, consolationis, passionis salutis, supra, v. 6. Eodem modo hic et gloria; gloria vestra sumus, et vos nostra, divus Chrysostomus.

VERS. 15. — ET HAC CONFIDENTIA VOLU...; hactenus in plurali loentus est; num in singulari, quia morum, quasi culpane excusat. Haec spe et confidentia fretus, scilicet confusus de vestro in me affectu, et de vestro in virtute proficiendi desiderio.

Paus... id est, antīchæ, cum priorem meam Epistolam scriberem, revera et non stetit VOLU AD VOS VENIRE, ET SECUNDUM GRATIAM HABERETIS, id est, ut duplex à me beneficium haberetis. Primum, scilicet per meum ad vos transiit: secundum, per meum ad vos rediit. Hoc explicat versiculus sequens.

VERS. 16. — ET PER VOS TRANIRE...; volui per vos transire iturus Macedoniam. Ita transiit non fuisse sine aliquâ gratiae spirituali impertitione. Hoc vocat beneficium, gratiam, *πάτερ*, vel secundum alios *πάτερ*, gaudium, ob presentiam Apostoli.

ET ITURUM A MACEDONIA...; et iterum à Macedonia ad vos redire volui, et apud vos diutius permane, et forsitan huius, cap. 16. Prima Epistola ecce iterum et maius beneficium et gaudium.

ET A VOBIS DEDUCO...; et hinc, seu Corinthio in Iudeam ita volui, ab aliquibus è vobis, itineris mei comitibus, illic deducendus.

Vers. 17. — CUM ERGO HOC VOLUSSIEM, id est, cum ergo haec revera et sincerè voluerim, et tamen de facto non adimplieverim.

Quod gloria nostra sumus. Quemadmodum et iam ex parte de me cognovistis, et persuasum habebitis, quod sim gloria sive gloriose vestra; hoc est, quod ex me sit vobis gloria tua materia: nempe quod nasci satis apostolum tamquam sincerum Evangelii predicatorem, qui non sua querat, sed tantum ea qua Jesu Christi sunt ac vestre salutis.

Sicut et vos nostra, in die Domini nostri Jesus Christi. Et vos nostra, scilicet gloria seu gloriose, estis.

Vers. 16, 17. — ET HAC CONFIDENTIA SCILICET PRIMA VENIRE AD VOS VOLUSSIEM (ne tamen id prædicterim), nunquid levitate usus sum? Nunquid volens ac statuens illud facere, quod tamen postea non feci, leviter ac temerè illud volui?

Aut quæ cogito (quæ delibero, statuo) secundum carnem cogito. Secundum carnem cogitare est cogitare more hominum carnalium, id est, in cogitationibus suis ac studiis obsequi carnali cupiunt affectui, velut avaricia, ambitione, aut consequenti colusione que commodi temporalis.

Ut sit apud me Est et Non? Ut in promissis instabilis sim et vanus, ut modo affirmem me ad vos venientem, modo revocem, et negem, ut pueri facere solent. Ha Anselmus.

NUNQUID LEVITATE USUS SUM, id est, numquid propterea dei potest quod sim levis et inconstans et mendax?

AUT QUÆ EGREG FASSE, ea animo carnali, et mea commoda querens delibero? Illico quæ fiat quod instabilis sum, idem modo volens, modo nolens; nunc affirmans, nunc negans, vel unum dicens et alterum faciens. Hoc de veritate Apostolo columbinabant pseudoapostoli, et, quod pejus et malitiosius erat, ex hac pretensiæ Pauli inconstantiæ, inferebant eum in suis predictionibus constantem non esse, quām in suis promissi. Ideo divinus Apostolus, dilata tamisper, ac suspensa sua mors, ac mutationis excusatione, primus refutat hanc adversariorum suorum columbam de suis predictionibus; quas veras et constantes esse pauci verbi probat, sed multis rationibus conglabatis.

VERS. 20. — FIDELIS AUTEM DEUS...; quasi diceret, quidquid sit de me et de me mutatione, de quæ potesta, fidelis tamen et summè verax est Deus.

